

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber
specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>
Mechthild <von Magdeburg>**

Pictavii, 1877

Caput XXXVIII. De chronis beate virginis.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](#)

CAPUT XXXVIII.

DE CORONIS BEATÆ VIRGINIS^{1.}

Coronis
B. Virginem
circumdan-
tibus
inscripta
eius
privilegia.

IN Missa *Salve sancta Parens*, vidit beatam Virginem habentem coronam in capite, cuius flores inclinati erant ad terram; pallium vero ejus rubéum plenum coronis aureis, quæ omnes inclinatæ erant ad terram: et intra singulas coronas erat scriptum nomen coronæ. Corona capitinis significabat unionem Dei, quam ipsa maxime habet præ aliis creaturis. Alia corona quæ tegebat humeros ejus, habebat scriptum: Mater Dei et Hominis. Corona tertia pectus ejus tegebat; habebat nomen: Regina Angelorum. Quarta: Gaudium omnium Sanctorum. Quinta: Solamen omnium miserorum. Sexta: Refugium omnium peccatorum. Inclinatio coronarum ad terram exprimebat quod ipsa in omnibus donis et gratiis sibi a Deo collatis, ad filios hominum est inclinata.

Tunc illa oravit specialiter pro quibusdam sibi commissis; cui beata Virgo: « Si ebrius terreno vino largior est sobrio, quanto magis ego, quæ de summa divini Cordis dulcedine bibo affluenter omnibus horis merum dulcissimum excellētissimæ divinitatis! »

1. Hoc caput in Lipsiensi codice et in editione anni 1503 deest.